

QUESTIO XII.

Quare duratio Predicationis Eliae, & Enoch, nec per tempora, nec annos, nec menses, sed per dies numerantur?

87. Dicitur in text. Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta; de sensu literali horum verborum dixit in expositione; nunc in laudem sanctissimi nostri Parentis Eliae, & idem dici potest de Enoch, aliquid dicam.
88. Dum haec verba considero statim mihi venit in mentem illud Psalm. 88. num. 30. Thronus eius, sicut dies Caeli. Ubi Regius Vates testatur, quod Dei thronus sit, tanquam dies Caeli; & quinam sunt dies Caeli, & quanam combinatio, ac proportio sit inter eos, ac Dei solium? Variæ sunt expositiones Sanctorum Patrum; D. Ambrosius existimat, quod dies Caeli, sint dies lucidi, ac maximè nitentes, sine eclipfi, ac caligine nebulae D. August. noster. Incognitus, quod sint dies constantes, ac permanentes: sine fine, & termino, ita ut nulla nox eis succedat in quo multum distat à diebus terrenis, qui duodecim vel quatuordecim horis terminantur, & statim pereunt, atra nocte adveniente. Alii, qui bus favet D. Remigius, dicunt, quod dies Caeli, sint dies valde eminentes, & puri sine contagione & macula terrena; talibus diebus cum tanta præ eminentia, ac excellentia Dei thronus comparatur, qui sunt sancti caelestis curiæ; juxta illud Pauli 2. Corinth. 6. n. 16. Deus habitas in Sanctis suis. Idem est ergo, ac si diceret, dies Sanctorum in caelesti patria, sunt dies fulgidi, ac lucidi, sine eclipfi, ac nebula peccati, cum multa persistentia, ac permanentia, sine ullo fine; & absque ullo contagio, ac macula huius mundi, & terræ
89. Si tales sunt dies Sanctorum in caelesti curia, per accommodationem dicere possumus, quod eis similes fuerunt dies Eliae & Enoch in terra nam ut de eo testantur. D. Chrysostomus in Catena, Carthusian. ad cap. 4. Luc. Eliae testis Angelus, homo caelestis. Et D. Ambrosius lib. de Elia cap. 2. Elia caelestem vitam in corpore, & supernam vitam conversationis exhibebat in terris. Et S. Athanasius in vita sancti Patris: Elia vitam caelestem in terris gessit: Unde infra quæst. 16. num. 16. Si ergo Elia tanta puritate, ac sanctitate vivebat, ut caelestem vitam ageret in terris, bene dicere possumus, quod dies Eliae similes fuerunt diebus Caeli, quod fuerunt nitidi, ac lucidi, sine eclipfi, ac nebula peccati, cum multa permanentia, ac consistentia in Dei obsequio, zelo, ac ratione promerendi absque aliqua macula, ac fecce terrena immunditie, ac impuritate.
90. Fuerunt dies Eliae multum lucidi, ac resplendentes sine nebula, ac obscuritate peccati: Christus Dominus loquens de Elia, ipsūmq; adducens in Exemplum, ait Luc. 4. num. 2). Multa

vidua erant in diebus Eliae in Israel, &c. Et statim loquens de Elia. ait: Multi leprosi erant in Israel sub Elia Propheta. Alii legunt, tempore Eliae: multum distat dies à tempore, dicitur lucem, ac splendorem noctis: In Elia, ac multis aliis sanctis, si lux diei gratiæ effulserit, etiam atra peccati nox non deficit: At in magno parente Elia totum fuit lux, ac splendor gratiæ, & caelestium donorum.
De eo, ac Enoch ait noster Ioannes in præfati & Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta: Et hoc capite loquens Evangelista de ministris Antichristi superiori vers. 2. Civitatem sanctam conculcabunt mensibus quadraginta duobus & de iisdem ministris ait cap. 9. v. 15. Qui parati erant in horam, mensem, & annum. Et idem regnum Antichristi computatur apud Danielem 7. num. 5. Et tempora, & dimidium temporis. Quæro nunc, cur Divinus Spiritus idemmet tempus regni Antichristi, in Elia compute per dies in aliis vero per menses, annos, & tempora? Hoc sane maximè stabilis id quod intendimus; nam sic mensis, annus, tempus, includunt diem, etiam obscuritatem noctis; At verò in Elia tantum invenimus dies D. Eius mille ducentis. Nam in ipso cuncta extiterunt, lucis, splendores, ac fulgores divinae gratiæ.
Objicies, quod etiam in Elia, postquam comedit illum subiectum panem, ait sacer Text. ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus 3. Reg. 19. n. 8. Ambulavit quadraginta diebus, & noctibus, ut explicat Abulens. ibi quæst. 12. æqualiter die, noctūque sine quiete, sine requie, sine somno; nam in virtute illius cibi, nitere non fatigabatur: In aliis hominibus sunt dies, & noctes; magna tamen differentia, dies ad laborem, ut ait Palmographus, Psalm. 103. Exhibi homo ad opus suum, & ad operationem suam, usque ad vesperum. At verò succedunt noctes ad requiem, & quietem, & in cubilibus suis eo locantur. At verò in Elia noctes habent omnimodam æqualitatem cum diebus, ad itinerandum pergendum, ac ambulandum in via Dei, in ejusque divinis mandatis.
Dies Eliae permanentes ac consistentes, sine veluti termino in Dei zelo, charitate, ac obsequio loquens de Elia, & Enoch. Tertullian. lib. de anima cap. 50. ait. Mortuarii reservantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant. Sanguis hominis demortui hominem vivum occidet; sanguis ille mortuus est ad vivificandum corpus Eliae ut prodeat in actiones vitales videndi, audiendi, ac ambulandi; ac vero, ut fervio Zelo Ecclesiam Dei tueatur pro illaque pugnet; contra ejus adversarios, vivus est; sic enim in illo sanguine impressum, ac sigillarum est Dei honorem zeare, Ecclesiam defendere, ac contra ejus adversarios pugnare, fieri potest, ut sanguis illi vita desit ad animandum ac vivificandum corpus Eliae, amen fieri non potest, ut tali sanguini desit robur, ac generositas ut Ecclesiam propagnet, & tueatur, ejusque adversarios occidat & extinguat. V. sanguine suo Antichristum extinguant.
Tertio dies Eliae valde puri, ac defæcati sunt ab omni macula, ac contagio terreno; sic enim erat purus Elia, & alienus à macula peccati, ac illius

illius inquinamento, ut ex præsentia, Eliae malitia peccati videretur aggravari, & augeri. De Achab ait sacer Text 3. Reg. 16. num. 30. Ecce Achab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes, qui fuerunt ante eum. Unde fieri potuit, quod tanta esset gravitas peccatorum Achab; ut in sua malitia excederet omnes Reges, qui fuerunt ante eum; in quibus multi extiterunt idololatæ, omni inmunditia, ac spurcitia pleni, inter quos fuit Jeroboam, qui fecit duos vitulos aureos & dedicavit eis templum, Sacerdotes, & non solum avertit Israël, ne iret in Jerusalem, ut sacrificaret Domino in templo, sed etiam compellebat populum, ut suis vitulis immolaret. 3. Reg. cap. 12. num. 26. quod peccatum ut grande nefas, sæpe exprimitur in textu. 3. Reg. 14. num. 26. Tobia n. 13. Unde ergo malitia Achab tanta, ut transcenderet super omnes Reges: Super omnes, qui fuerunt ante eum. Eleganter Paulus Bursensis. Super omnes, qui fuerunt ante eum; eo quod vixit tempore, quo floruit Elia. Tanta erat integritas vite Eliae, tanta sanctitas, puritas, ac virtutum splendor, quod exinde maximè accresceret, & aggravaretur malitia peccati, quod quis tanto virtutum exemplari in Elia posito ante oculos peccaret, ac delinqueret; unde quamvis alii Reges fuissent pessimi, & idololatæ & suis idolis dedicaverint templa & Sacerdotes, & comellerent populum, ut eis immolent; tamen Achab peccavit super omnes, qui fuerunt ante eum, quod vixit tempore, quo floruit Elia: & quod in oculis ejus tot crimina perpetraverit.

QUESTIO XIII.

Quare illustrissimi viri, Elia & Enoch, magna potestate fulgentes cilicio habitu apparebunt.

Cilicio habitu ex pellibus cum zona pellicea, utebatur Elia, ut patet ex 4. Reg. 1. num. 1. Quæ vestis, ut ibi vult Abulens q. 5. facta erat, de grollis camelorum pilis, sine arte composita, quia sicut omnes illi, qui Parentem Eliam imitabantur, utebatur Joannes Baptista Matth. 3. num. 4. Joannes habebat vestimentum de pilis Camelorum & zonam pelliceam circa lumbos; de quo vestimenti genere multa dixit tom. 1. lib. 3. cap. 1. quæst. 25 & 26.
Quare ergo huiusmodi sanctissimi viri acco utuntur? Respondet primò Anselmus: Quia si facis vestimentum accipimus nisi humilitatis confessionem, qua se peccatores ex intimo cordis dolore pronuntiant: cum sint magna virtutis viri: cilicium enim criminosis competit: Unde per Psalmistam 14. dicitur Dum mihi molesti essent inducbar cilicio, & humilibus in jejuniis animam meam. Quod quis sanctior, ed humiliorem, & indigniorem se existimat, & inde sanctissimi viri peccatorum habitu induuntur. Secundò Hippolytus tract. de mundi consummatione: V. haereticus stultus, & convulsus homines ad penitentiam. Maxime viri sancti aliorum salutem desiderant & inde sumunt cilicium in vestes, ut suo exemplo alios ad penitentiam inducant.
Tertio Elia habitu penitentiae utebatur, cum Achabum, ac populum exhortaretur ad penitentiam: Enoch, ut dicitur ecclesiast. 44. Transiens est in paradysum, ut dei genibus penitentiam. Merito ergo faccis induuntur; nam concionator verba salutis annuntians, & penitentiam persuadens, non solum sermone, sed etiam opere, quod prædicat, exhibeat. Petrus Damian lib. 2. epistol. 3. Verba vita non solum vocibus, sed etiam moribus nitentur. Ab. r. quod lingua operibus contradicat D. Hieronym. Epistol. 2. ad Nepotianum; Delicatus magister ait, qui pleno ventre de jejuniis disputat; accensare avaritiam & larvo potest; Sacerdotis Christi mens, manū, que concordent, saluta isque concordant ipsi faccis induantur Elia vestimento pelliceo utebatur. De Elia idem colligitur. 4. Reg. 2. n. 13. Levavit pallium Elia ad quod respicit Paulus ad Hebr. 11. n. 37. Circuerunt in melotis. Hac enim lege vixit Senatus Propheticus, ut monitis penitentiae vim adderet habitus penitentiae. D. Hieronym. in cap. 13. Zachariae num. 4. Hic erat Prophetarum habitus, ut quando populum ad penitentiam provocabant, induerentur cilicio.
Quartò Rupertus Abbas lib. 6. in Apocal. Foram est, ait, in sacco, & cinere peccata hominum lugere, & tanto magis coram Domino humilari, quanto major est in suo tempore abundantia iniquitatis. Quod confirmat Sic Elia, cum Jesabel & Achab Prophetas Domini occiderent, altaria ejus suffoderent, non mollibus vestiebatur, aut in domibus Regum erat, sed in desertis incultus, & hispidus, asperam vitam ducebat. Cum peccata abundant in populo, tunc iusti multa penitentiae signa exhibent, ut iratum peccantibus Deum leniant, ac placatum faciant.
Hoc amore salutis alienæ Daniel jejuniu faccum addit, & cinerem c. 9. n. 3. Posti faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, ac deprecari in jejuniu, sacco & cinere Erat Daniel, vir Sanctus, erat & populus ob peccata sua exilio pressus, ac proinde necesse erat, ut Deum quis pressum mitigaret; quod à Vate jejuniu factum docet Chrysostom. homil. 14. ad Roman. Gratissimo jejuniu, ac, macerant se, ut Deum illis conciliaret. Tertullian lib. de anima cap. 48. Danielis locum tractat. ait. V. Deum illiceres humilitatis offit. Satis insinuans, mitigari Deum. I cet iratum la sa majestate, si viri magni jejuniu & sacco se terant publice. Isaias à Deo accepit mandatum cap. 20. n. 2. V. solve faccum de lumbis tuis: Hoc est discinde tunicam. Quo consilio id iusserit Deus, explicat Hugo: V. apparet cilicium quo indutus erat. Ut ipsa publica penitentia ira Dei placaretur, & populus ad penitentiam induceretur.
Quintò Haymo: Quia Sanctorum vita, ait, reprobis videtur despecta, ideo perhibentur faccis indui. Saccis induuntur, ut eorum personæ, ac virtus in hominum oculis videatur contemptibilis, ut ita omnium contemptu suam internam puritatem, ac morum honestatem teneant, & conservent. Mandavit Deus Moyse

Suo exemplo alios sancti inducunt ad penitentiam.
Eccles. 44.
Diaman.
D. Hieron. Habitu penitentia ad penitentiam provocabant Propheta.
4. Reg. 2. Hebr. 11.
88. D. Hieron. Rupert. Justus agit penitentiam in abundantia peccatorum populi.
D. Hieron. Rupert. Justus agit penitentiam in abundantia peccatorum populi.
99. Daniel. 9.
Hugo:
100.

cin ad operien lum rest in tabernaculi, &c. Ta- bernaculum totum erat ornatum auro, ac pre- tiolis geminis, ad quid mandat Deus, fieri ejus operimentum c licinum? Non erit ex se- rico potius, vel abyfso vel alia re æstimabili. Ex cilicio, & optimè voluit Deus denotari, quod pulchritudo, ac elegancia virtutum do- mus hæ, in qua iusti inhabitant, servandi & retinenda erat, abscondita vili ac corruptibili cilicio D. Gregor. Mag. lib. 2. Moral cap 22. sic ait quæ dum arde in tabernaculo, sub cilicio, & p. libris absconditur, sua integra pulchritudo servatur.

107. Nec aliter sentit Salomon, cum sponsæ genis apponit c rices mali punici semel cap 4 n 3. Sicut fragmen mali punici, in gena tua, & ite- rum cap. 6 num. 6. Sicut cortex mali punici, in gena tua &c. Facies pulcherrimæ sponsæ quam combinationem potest habere cum cortice mali punici aspero, duro & rudi? Ut sciat Vir- go, faciem suam regi oportere, ne videatur, tamen in rem nostram ut sciat anima sancta; durum, & rudem corticem, tam quam succum sumendum esse ad tuendam virtutum sancti mon am. Gregorius Nyssenus orat 9. N m eo patto, ait, fiet ut virum si fructus fructibus sit inaccessus: n m rum duro continentia cortice manitus, & gravi, tristiq; condicione vulne- rans eos, qui mali inferendi causa propius ac- cedunt.

Cant. 6. Vitis aspera e git virtutem.

D. Nyssen.

Apoc. I. n. 4. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes.

VERSIONES.

Syrus. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra illa, quæ ante Dominum sunt.

Arabicus. Hi sunt duæ radices olivarum.

Tyгур. Pagn. In conspectu Dei terræ stantia.

S. Prosper. In conspectu Domini terræ consistentia.

EXPOSITIO IV.

102.



I duo, scilicet Elias, & Enoch; sunt duæ olivæ id est, in ar- duarum olivarum, succulentæ, pingues, & fertiles, plenæ ac speciosi bonorum operum, & fructuum, Judæos enim aber- rantes, ac gentes reducent ad Christum. Unde subditur: Et duo candelabra; Christum enim, qui est verum lumen, toti mundo præferent, ut ostendit Strames: Græcus habet, stantia, & hæc verba multis Sanctis accommodantur, ab Ecclesia Joanni, & Paulo Martyribus; à Sixto V. D. Thomæ, ac D. Bonaventuræ.

Græcus.

Sixtus.

QUESTIO XIV.

Quare magnus Pater Elias, & Enoch; dicuntur duæ olivæ.

DE dilectissimo suo Discipulo Luca, ut multi volunt, ait Apostolus Paulus. 2. Cor. 8. num. 18. vjulus est in Evangelio; sic præminent e us laudes, ut non sint rat ones probabiles, sed veritates evangelicæ; quod ple- nè dicere possumus de magno elia, cujus præ- con a sic præminent, ut non sint probabi- rat ones, ne accommodatæ con ceturæ, sed veritates evangelicæ; de eo en m sapè agitur in evangelio, ut planum est, quod etiam hic de Enoch dicere possumus.

Hos duos magnos præcones alto con- silio vocat Deus olivas nam oliva symbolum est pinguedinis, & ubertatis, ac fertilitatis, & pulchritudinis Jerem 11 num. 16. Olivam uberem spulchram, fructiferam, speciosam, vocavi Dominus nomen tuum. In illo ergo tem- pore Anticristi; in quo futura est in terris magna impietas, & omnium bonorum sterilitas has Deus dua præfert olivas uberes, pul- chras fructiferas atque speci- las, ut stent in conspectu suo, ut sua ubertate excludant ho- minum sterilitatem, sua pulchritudine turpi- tudinem, suis fructibus opera venenata, ac perversa; sua specie a ras mo st uosalque ar- vas. Psalm. 51. num. 10. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. De ecclesiæ pinguedi- ne loquens Isaias 5. num. 1. ait: Vinea facta est dilectio meo in cornu filio olei. Symmachus: Vinea facta est dilectio meo in cornu in medio olivarum. Vinea ecclesiæ fundata est in loco forti, ac sublimi, qui non poterit expugna- ri ab adversariis: In medio olivarum; inter filios fertiles, & abundantes gratiarum pin- guedine.

S. condò olivæ, quæ oleo sanent, ungant, generosisque contra Antichristum athletas ef- ficiant. Inde rectè olivæ; quæ firmitatis, ac so- liditatis sunt symbolum; ea est hujus ligni na- tura, ut eam neque tempestas, neque caries, neque vetustas labefactent. Quæ soliditas, ac firmitas his duobus Sanctis viris convenit; Ansbertus hic: Elias, cui specialiter ista ascri- buntur, dicit. 1. Reg. 17. n. m. Vivit Dominus in cujus conspectu sto, Qui enim rerum tran- seuntium mutabilitate non movetur, rectè in con- spectu Domini stare perhibetur. Hinc Psalmi- sta 15. testatur. Providebam Dominum in con- spectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, & commovear.

Tertio, olivæ, quæ nec brumæ horrore aref- cunt neque canis arentis ardoribus pallescunt, cum fructibus salutaribus habent bonæ spei so- lia, contra omnem Antichristi immanitatem. Olivæ semper virent, ita ut foliis quibusdam decidentibus semper nova germinent. Osee 14. n. 6. Ego quasi res Israël, germinabit sicut lilium, & erumpet radix ejus, ut libani; bunt rami ejus & erit quasi oliva gloria ejus. Cloria olivæ in eo con- sistit, ut nonquam foliis videtur, sed si quæ- dam excidunt, nova semper enascantur; ecce

103.

2. Cor. 8.

Laudes Elia veritates Evangelicæ.

104.

Jerem. 11.

Symmachus ubertatis.

Ubertas gratia ex radi- catione Elia, & Enoch. Pl. 51.

Isai. 5. Symmachus.

105.

Firmitatis symbolum.

Elia constantia, ac firmi- tas, ac firmi- tas. Ansbertus. 3. Reg. 7.

Psalm. 15.

106. Symbolum spei.

Osee 14.

cur

Iusti semper cur etiam hi duo sanctissimi testes, olivæ dicun- tur; illi enim semper germinant, semper pro- ficiunt, quod de iustis testatur Salom. Prov. 11. num. 28. Iusti, quasi virens solium, germinabunt; Rabbanus Morus lib 2. in Prov. Salomonis, 1. si 13, ait, quasi virens solium semper germinat, quia spe salvi facti, in fidei, ac virtutum gratia proficere non cessant, donec ad fructum deside- ratiæ retributionis attingant.

107. Symbolum pacis.

Gen. 8.

Pax Ecclesiæ, per Eliam, & Enoch.

Matth. 17.

108. Symbolum misericordie, adix. Græc.

Ira Elia pi- etas erat.

D. Basil. Sel.

109.

3. Reg. 17. Expr. autem misericordiam, & pietas.

QUESTIO XV.

Quare Elias, & Enoch dicantur duo candelabra?

HI magni duo viri, bonorum operum fructu, coram Deo futuri sunt olivæ, splendore exempli, luce doctrinæ, ac radiis miraculorum futuri sunt candelabra. Ut ergo septiceps candelabrum in Sancto Templi, d magnificenciam, & gloriam Dei: Ita Elias & Enoch futuri sunt in ecclesia: et sanè tem- pore maxime nubilo & tenebroso mundo; ne- cessaria sunt duo candelabra, ad Dei gloriam, ad exaltationem, ac magnificenciam fidei ejus. Id enim præstabit, quod candelabrum tem- pli præstabit in Sancto Sanctorum, ubi ob defectum fenestrarum, cum nulla esset ibi lux, multipliciter illud illuminabat. Ita hi duo Sancti multipliciter illuminabunt eccle- siam exemplo, prædicatione, miraculis, depel- lèntque errorum tenebras, quando ubique erit cæca nox.

Et tam atra erit nox illis diebus, ut dicit Christus D. Matth. 24. n. 24. Surgent pseudo-pro- pheta, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, Magna ergo prærogativa, hi duo viri erunt can- delabra pro illo tempore, per quos Deus sic disposuit illuminare suam ecclesiam, ut nullus ex electis, ob suam Prædicationem, & Prophe- tiam, in errorem inducatur. Rupertus Abbas: Candelabra in quo sum? in eo videlicet, quod in illis diebus tam nigris, tam tenebrosis, clara pro- pheta sua, sine prædicatione lucebunt, ita ut fieri non possit, ut in errorem inducatur quispiam electorum.

Fac t in hujus rei argumentum, quod Pro- pheta Zachariæ lucernæ ejus super illud: & num. 3. subdit: Et dua olivæ super illud: una à dextris lampadis, & una à sinistris ejus. Et cum Propheta quæsieret, quidnam erant illæ duæ olivæ Responsum est ei: Isti sunt duo filii olei; qui assistunt Dominatori universæ terræ. Ibidem num 14. Filii olei, id est, pingues, & fertiles; Aquila vertit, filii splendoris, & claritatis, & quamvis Lyranus Zachariam Prophetam intel- ligat de Zorob. bele, principe populi è Babylo- ne redeuntis, & de Jesu filio Josedech Pontifi- ce: Nihilominus Divus Gregorius Mag us ho- mil. 12. in Ezechielem, & hoc nostro loco S. Victor Martyr, Aretas; S. Thomas Galatin. & Malveda de Antichristo lib. 10. cap. 18. & ad prædictum locum Zachariæ Ribeira, Cor- nelius, & alii de Elia, & Enoch, ad quem locum dicunt, quod noster Joannes alludit. Isti ergo duo testes, tanquam legati, & Apostoli Dei ejus fide prædicabunt, Ecclesiam restituent Judæis, & gentibus, & dicuntur stare à dex- tris, & sinistris, quia undique Ecclesiam Dei defendunt, & corroborant, una tamen in hac re restat difficultas, quod Zacharias unum tantum vidit candelabrum & ad latus utrinque duas olivas, Joannes hic duo candelabra. Re- cte omnia coherent, quia sic sunt duo can- delabra, ut sint tanquam unum, unam lucem

110.

Elias & E- noch, apud di- cuntur can- delabra.

111.

Matth. 25. Providit. Deus hos duos, ne quispiam electorum seaveatur.

112.

Zachar.

Aquila. Lyranus.

D. Gr g.

S. Victor. Aretas. S Thom. Galatin.

Elias, & E noch universam Eccle- siam corrobo- rant, & illu- minant.

CCc dabunt